

1732 39
32

DECAS DESIDERIO- RVM IVRI- DICORVM TER TIA

QVAM
PRAE SIDE

IO. FRIDERICO WERNHERO, D.
PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.
SVBST.

IN AVDITORIO ICTORVM
D. X. CAL. FEBR. cI9 I9cC XXXII.

PVBlice VENTILANDAM PROPONET

IO. ANDREAS KLOTZSCH
DIPPOLDISWALDA - MISNICVS.


VITEMBERGAE
LITERIS IOANNIS CHRISTIANI GERDESII.

DE GAGA
-ORI INDICAT
-TAVI MUL
MIGORUM
TERITIA

OF HIRIDEGO WERNERIO, D
SALVAT PROL RAYLE CUR PROVINC ET SCOTIANA
NGD NON TANAT HIRD VERSUS

IN AUDITORIO ICOTORUM
D E C E P T U S C A M B R I A
T A B E L L A B R A C H I A
D P H O T O R U S A U D I T O R I C O

EPISTOLIS IOANNIS CHRISTIANI CLODSENI



DESID. I.

Moderatam in servos conductos castigationem
Dominis permitti, eorumque opinionem, qui
sententiam hanc tuentur, approbari, publice
interest.

Ratio. Qui contrarium defendunt, nihil agunt, quam ut ma-
litiis hominum indulgeant contra l. 38. ff. de R. V. Maliti-
am enim in nulla ingenia magis, quam servilia, cadere,
nemo forte prudens negaverit. Quo murmure, qua rusti-
citate &c. Dominos excipiant, quomodo dolose s̄epius
res sibi mandatas p̄opstere expediant, aliisque infinitis
modis Dominos divexent, non est, ut multis commemo-
ratur. His nullum paratum est remedium satis aptum.
Dimittere servum, intempestivum quandoque, quando-
que non consultum, imo ipsi Domino injuriosum est. Age-
re contra eundem judicialiter, s̄ape ineptum, frequentissi-
me molestum, quandoque difficile est. Haud pauca enim
dantur, quibus molestiam crees, neque conveniens reme-
dium, in jure proditum, reperias.

DESID. II.

Tot oppido & manifesto absurdis, inutilibusve,
aut otiosis &c. scriptis locum relinqu, merito dolen-
dum.

Rat. i.) Nulla pestis Reipublicæ, otiosis hominibus, gravior est.

JoC 2

Aucto-

Auctores vero talium scriptorum non aliud utique merentur nomen.

- 2.) Qui ejusmodi scripta in lucem protrudunt, sunt πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. 2. Tim. III. 13. Seducunt, quia variis peccatis, ineptiis, illecebris, cavillationibus &c. ansam subministrant, certe sua tate, otio scilicet, qua ipsi laborant, & alios inficiunt. Seducuntur & ipsi, quia non meminérunt, olim rationem Deo reddendam de tempore, in res iugulatorias consumto, de delictis, quæ meditandi occasio-
nem ipsi suggesserunt, & de omni otioso verbo, quod scri-
ptis suis immiscuerunt.
- 3.) Jubemur a Deo ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν. Ephes. IV. 28. Er-
go nec suffecerit, hujus furfuris scripta nihil vitiosi con-
tinere, sed etiam gloriam DEI, proximique utilitatem,
sibi propositam habere debebant.

Exempla longe arcessi, opus non est, sed fabulæ Romanenses,
quas vocant, & similia, que totum jam propemodum
inundarunt orbem, dimidiā fere librorum partem con-
ficiunt. His otiosi homines potius, quam lectione aut in-
vestigatione eorum, quæ ad salutem pertinent, delestan-
tūr. Hæc sibi ad imitandum proponunt. Ex his scelerā, &
quæ sunt alia, ingeniose tegere vel efformare discunt.

DESID. III.

Munera, natilitiorum, Salvatoris nostri tempore
confusa, forte non injuria sub gravi comminatione
prohibenda.

Rat. 1.) Inepte quotidie infantibus persuaderi solet, hæc a
Christo profecta. Qui, si postea resciverint parentum
technas, non possunt non de summis mysteriis, rationi,
maxime corruptæ, non parum contrariis, & spiritualibus
beneficiis, dubium, vel etiam contemptum haud levem,
conci-

concipere. Certe ita a divinis, & vero nativitatis Christi fine, ad inania simulacra vocantur.

- 2.) Inter adultos etiam nomen Dei saepius gravissime profanari, audias, dum levissimis quibuscumque rebus, nomen Salvatoris sacrosanctum inepte adjicitur, imo & pro re donata ipsum Christi nomen, haud absque impietatis nota, certe non ita, prout par erat, usurpatum: *Er hätte einen schlechten Heil. Christ bekommen. &c.* Neque vero haec excusanda putes, quod non animo injuriandi, sed alio sensu, proferantur. Nam & peccata ignorantiae, infirmitatis, & quævis involuntaria, homini imputantur, multo magis ergo talia dicta, in se injuria.

DESID. IV.

Ludis, comedationibus &c. modum per varias leges positum esse, laudabile quidem, sed dolendum pariter est, in praxi dari veniam corynis, censuram urgere columbas. Optandum etiam, modum illum ulterius proferri.

Exempla quidem sunt odiosa; certum tamen est, rusticos legum vigorem, magno suo malo, plus satis in ejusmodi casibus experiri: sed quot inter digniores, in seram usque noctem ludos, compotationes &c. ducere solitos, pœnarum exempla prostant? Forte hi magis affectibus imperare didicerunt, minusque Remp. turbant. Sed rusticis intempesta nocte plerumque rixas, & alias turbis suis de somno, excitant, & tantum non semper verberibus compotationes finiunt.

DESID. V.

Jus totius Germaniae, singularumque provinciarum, in maiorem erigi consonantiam, optandum. At fere, id futurum esse, desperandum. Singulos tamen

Status in suis territoriis, cum de jure scripto in ordinem redigendo, tum de jure singulorum locorum consuetudinario annotando, meditari, non abs re fo-ret.

- Rat.* 1.) Summa juris incertitudo, quæ, dum Jurisprudentia Judicium subest arbitrio, indies magis magisque augetur, id summopere efflagitat. Quilibet enim suas lectatur opiniones. Hic præfert Jus Civile Rom. alter Germanicum, tertius Canonicum, quartus singulares juris aut æquitatis rationes allegat. Ita justitia judicantium libidini subjec-tet.
- 2.) Infinitis litibus, quæ circa recepta jura & consuetudines, earumque probationem, quotidie oriuntur, facile carere possemus.
- 3.) Tanta est Legum farrago, ut vix JCtus reperiri possit, qui omnes meminerit. Multo magis ergo plebi ignoscendum, quæ tamen nihilominus juxta leges, sæpe nec vilas, nec auditas, judicatur.

Exemplum. Desiderio huic satisfecit olim Carolus VII. Fr. Rex, qui, referente SCHILTERO *Exerc. I. §. 9. Lit. b.* consuetudines municipales cujusque provinciæ, pagi, præsidatus, convocatis provincialibus uniuersijsusque ordinis hominibus, in scripta redegit, quæ, quoties opus, auctoritate Regia reformatur.

DESID. VI.

Juramenta, lege prohibente præstata, nulla declarari, rationis quidem est. Attamen pœnam, nulliter scienterque juranti, dictari, religio postulat.

Ratio. Qui juramentum præstitt, atque illud, ceu nullum, impugnat, agit quidem lege permittente, sed manifesto contra conscientiam. Sane jurans profanati Divini nominis crimine absolvi nequit.

Exem-

Exemplum. Laudabiliter Mand. Reg. Elect. d. 29. Dec. 1718.
vid. O. P. R. S. num. XXV. cambium a minori, vel sub
potestate patria constituto, datum, nullum declarari, li-
cet clausula juratoria inserta; propter nominis divini ab-
usum vero poenam & creditori & debitori arbitriam
dictari, jubet.

DESID. VII.

Tempus partus legale suo relinquendum loco.
Sed illud rationi repugnare videtur, quod purgato-
rium sc̄emina dictari haud debeat, neque juramentum
deferre liceat, nisi specialis persona, vel circumstantiae,
exprimantur.

- Rat. i.)* Procul dubio ita s̄epius fiet, ut vilissimæ quaevi-
personæ, prostibula &c. JCtos, adversarios, & Panso-
phiam Juridicam false rideant. Quod ne fiat, omnino
JCtos providere, par est.
- i.)* Aut sunt sc̄emina, partum septimestrem &c. enixæ, no-
centes, aut innocentes. Si posterius, non est, cur recu-
sent juramentum, maxime cum ita innocentiam manife-
stiore reddant, suspicionemque tollant. Nocentibus
vero jura prodefesse, indignum.

DESID. VIII.

Accuratus, antequam Minister Ecclesiæ vocetur,
in Candidatorum eruditionem, & mores inquire, at-
que ex iis optimum quemque eligi, optandum. In-
dignos etiam vocantibus jaſturam Juris Patronatus di-
ctari, haud indignum videtur.

- Rat. i.)* Ordine præpostero prius vocatur, & deinde exami-
natur Ministerii Candidatus. S̄epius etiam aliquid indul-
geri solet, ne turpem repulsa notam ferat. De vita ante
acta plerumque nec cogitatur.
- 2.)* Si aliquot una examinarentur, atquæ meliori palma de-
ferretur, & Ecclesiæ melius prospectum, & Patroni turpi
Simoniae

Simoniæ suspicione immunes forent, ipsi quoque vocandi majorem sanctitatis, diligentiae, & temporis, rationem omni dubio procul haberent.

- 3.) Quam parum honori divino & ædificationi Ecclesiæ in vocandis Ecclesiæ Ministris litetur, sed aliae causæ secundariæ respiciantur, non opus est, multis commemorari.

DESID. IX.


Imprudentiam, imperitiam, aut negligentiam Ad-vocatorum Clientibus nocere, durum videtur.

Ratio. Quamvis enim imputare sibi debeat Cliens, quod hunc selegerit, attamen id nec culpæ nomine insigniri reæte potest, quia in Clientis potestate non est, judicare de rebus, quas haud intelligit, imo, quid imputetur ei, qui publice examinatum & approbatum consulit?

DESID. X.

Reluitionem, intra tempus, jure definiendum, cuivis debitori indulgeri, æquitas desiderare videtur.

Ratio. Per quas collusiones, fraudes, & alia &c. prædia quandoque vilissimo pretio veneant, quotidiana docet experientia. Miseri vero debitores ad incitas ita præter culpam rediguntur. Et ipsis ergo, & Reip. magis consultum videtur, si alium pingviorem emtorem ex intervallo quærere liceat.



Wittenberg, Diss., 1732

VD 18



Wittenberg, Diss., 1732



1732 32
DECAS
DESIDERIO.
RVM IVRI.
DICORVM
TER TIA

QVAM
PRAESIDE
IO. FRIDERICO WERNHERO, D.
PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.
SVBST.

IN AVDITORIO ICTORVM
D. X. CAL. FEBR. 13 1732.

PVBICE VENTILANDAM PROPONET
IO. ANDREAS KLOTZSCH
DIPPOLDISWALDA - MISNICVS.

VITEMBERGAE
LITERIS IOANNIS CHRISTIANI GERDEII.